



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 63. Turcarum progressu contra Christianos

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

vero illos abjuraret, atque id ipsum per se Arimini ageret: hanc autem urbem ex benignitate Apostolica-Vicariatus nomine rursus acciperet, deinceps vero quotannis mille aureorum censum Romanæ Curiae penderet, quamvis ceteroquin criminis læsæ Majestatis tam divinæ quam humanæ reus fuisset. His adimpletis, Malatesta sub Venetorum signis in bello Peloponnesiaco contra Turcas ingenti fortitudine militavit, ac demum Arimini vita excessit.

*Sæcul. XV.
A.C. 1462.*

§. LXIII.

Turcarum progressus contra Christianos.

Interim in Hungaria bellum cum Mahomete II. exarsit; Turcæ enim, quamvis non nisi levia cum hoste prælia committerent, & decretoriæ pugnae discrimen sedulo declinarent, nihilominus haud exiguam Hungariæ ac Walachiae partem occupabant, & Transilvanensem ingressi Provinciam, impositis ubique tributis, opimam inde prædam asportabant, Dalmatiam quoque crebris excursionibus depopulabantur. Ceterum inter præcipuas, quas hoc anno Mahometes reportavit victorias, merito recensenda est expugnatio Insulæ Mitylinensis, quæ alio nomine Lesbos dicebatur.

*Comm. Pii II
lib. 10.
Bonfin. 3.
decad. 10.
Chalcondyl.
l. 9. & 10.*

§. LXVI.